

Constat inter viros doctos, plures in Rossia, praesertim inde a temporibus Patriarchae Niconis, saec. XVII. medio, existere sectas, plus minusve cum doctrina, tum moribus ab ecclesia orthodoxa discrepantes. Sed quae de iis lucusque innoverunt, plerumque non nisi ad nomen ortuunque earum pertinent. Nam de ipsa ratione, quae inter eas et ecclesiam graecam interest, nondum satis liquet. Quod, ex nostra quidem sententia, nou tam fontium genuinorum defectu evenit, quam quod plurimae illarum sectarum minus dogmatum, quam morum et ceremoniarum diversitate ab ecclesia abhorrent. *) Nihilominus historiae ecclesiasticae peritorm magnopere interesse videtur, ut de iis singula quoque accuratius cognita percipient, quippe quae haud raro indole vel maxime peculiari gaudeant.

*) Veteres auctores Rossicos, qui de schismaticis illis egerunt, quos Rossice dicunt *Raskolniki* (Раскольники), ab etymo расколомъ discin-